Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8496
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



92

esayam profetam et dixit: Putas
ne intelligis quae legis? Qui
autem: Et quomodo possim nisi ali
quis ostenderit mihi? Rogaba
itque Philippum ut ascenderet
et sederet secum. Locus autem scripture
hic erat quem legebat. Tan
quam ovis ad occisionem ductus
est: et sicut agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os suum. In humilitate iudicium eius sublatum est. Generationem eius quis enarrabit, quia tollitur de terra vita eius. Respondens autem eunuchus Philippo dixit: Obsecro te: de quo prophetat hoc: de se an de alio aliquo? Aperiens autem Philippus os suum: et incipiens a scriptura ista evangelizavit illi Iesum. Et cum irent per viam: venerunt ad quandam aquam. Et ait eunuchus: Ecce aqua: quis prohibet me baptizari? Dixit autem Philippus: Si credis ex toto corde licet. Et respondens ait: Credo filium dei esse Iesum Christum. Et iussit stare currum. Et descenderunt uterque in aquam Philippus et eunuchus: et baptizavit eum. Cum autem ascendissent de aqua: spiritus domini rapuit Philippum et amplius non vidit eum eunuchus. Ivit autem per viam suam gaudens. Philippus autem inventus est in Azoto: et pertransiens evangelizabat in omnibus civitatibus donec veniret Cesaree. Nomen domini tui Iesu Christi. GR. Hec dies quam fecit dominus exultemus et letemur in ea. V. Iam enim quiescere faciunt edificantes hic saxum e[t] in medio angulo adhuc saxum est a[d] e[t] mirabile in oculis nostris. Alla

V. Benedictus qui venit in nomine domini deus dominus et illuxit nobis. Alla. Iudice resurrexisse me dixit dominus precedam vos in galileam.

V. Educet dominus spiritum suum in exultatione et eleos in letitia. Sequentia.

Hec est sancta sollempnitas sollempnitatum. Insignia triumpho Christi. Quo devicit impium male potens diaboli. Quo nos pretioso sanguine eius deprecesta te eruens. Redempti ergo gratias agamus nostro redemptori. Hec te quem Christe cum angelorum choris uge simulant. Tuam placando homines in tuis laudibus sedulos prius tuere. Quos mortibus dolens tantum humilis sanxis es ut morte subiures. Tu devictis inferni legibus resurgens triumphas. Tu post diem gentibus impas omnipotens dei. Sim solsem

Vitto et: Maria statim adhuc iumentum sanxis plorans. Dum

118